

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

se propter superbiam aeternæ mortis adiudicatū: inuidit Protoplastis immortalitatem, & decepit Heuam, atque effecit, vt peccarent Protoplasti, & Dei mandatum transgrediretur, vt& ipsi fierent mortales. Videatur hist. Gen. 3.

Est itaque Diabolus prima, & peccatum altera causa mortis. Quibus accedit voluntas Protoplastorum consentiens. Deus vero plane nullam sustinet culpam.

LOCVS I. Inique igitur Deum accusamus, quasi causa fuisset mortis & miseræ, &c.

Sæpissime etiam maledicimus Adamo & Euzæ: quod illi esupomi vetiti nos coniecerint in has miseras. Interim nec Satanæ nec peccato indignamur. Satanæ non, quia adhuc illius ductum sequimur promptiori animo, quam Spiritus sancti. Nec peccatis etiam valedicimus. Vbi illud Thren. 3. v. 39. cogitandum: super peccata vestra, &c. Hoc itaque agamus, vt Satanæ atque peccato, quibus iam in Baptismo renunciauimus, sic indignemur, vt nunquam porro aures præbeamus Satanæ instiganti ad peccatum. Nec patiamur regnare peccatum in mortali corpore, Rom. 6. v. 12. Sic nil nobis Adami factum præiudicabit. Cum Christus id omne sustulerit, Rom. 5. v. 15. 18. 1. Cor. 15. v. 21 & 22.

II. Quod mortem naturaliter horrent omnes homines, sicut & ipse Filius Dei, Matth. 26. v. 38 hinc fit quod illa est à Diabolo. Ideoque inter alia mala horribilissimum est mors. At quia mors à Christo deuicta, Ose. 13. ver. 14. 1. Cor. 15. & piis in somnum & quietem conuersa (Mar. 5. v. 39. Apoc. 14. v. 13.) non amplius exumescenda.

F I N I S.

T H E M A C V I.

Sap. 9. v. 14. & 15.

Cogitationes mortalium infirmæ, &c.

Corpus enim corruptibile aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

DISPO.

D I S P O S I T I O .

In hoc capite Sapiens orat Dominum, vt det ipsi sapi-
entiam de cœlo: cum illa quidem summe sit necessaria,
at humana industria non possit acquiri. Et inter alia et-
iam hæc (quæ iam audiistis) verba ponit, in quibus pri-
mum deplorat hanc partem vanitatis humanæ, quod
pleraque hominum consilia & proposita irrita & incerta
atque fallacia sunt. *Daj man ostt d. n. fleck gar weit nebe-
das loch sezt.* Deinde vero in iisdem verbis, causam, quæ
tantopere & tam sæpe homines errent in suis consiliis
atque propositis (*Anschlag*) nobis ostendit. Quia vero
hæc communis hominum est querela, de vanitate & er-
roribus humanorum consiliorum: at pauci tamen veram
huius rei causam norunt aut considerant: agite nos hæc
verba pauca Sapientis accuratius considerabimus, &
de vtroque membro supra notato, sigillatim aliquid di-
cemus, & Textum quidem primum explicabimus, deinde
locos subiiciemus,

I. Pars.

Sapiens eleganter hominis consultationes & cogita-
tiones depingit hoc loco.

1. Primum de cogitationibus loquitur quæ in corde
oriuntur, de variis rebus ad hanc vitam pertinentibus, vel
faciendis aliis, vel omitteendis aliis. Loquitur autem hic
non de his, quæ ad æternam salutem pertinent, vel de re-
bus spiritualibus, sed de temporalibus, quæ ad hanc vi-
tam solummodo pertinent. [Ex his enim argumentatur
ad cœlestia & spiritualia: tanquam à minori ad maius. Si
terrena non intelligimus, minus cœlestia. Et quomodo
spiritualia cognoscere poterimus, qui non intelligimus
terrena? Sed ad institutum.]

Et illis cogitationibus nunquam vacuus est animus
humanus. *Er dencet immer enwas / enweder guts oder
bôses.*

2. De his autem cogitationibus hominum dicit, quod

X f i n e

sint fallaces. *Mistlich*. Incertæ & dubiæ. Dum enim nos cogitamus hoc futurum: Ecce aliud evenit. Cogitat Afsyrus, se velle subiugare regnum Iuda, sicut cætera regna, Esa. 36. v. 18. At aliud evenit. Et ipse vitam simul & regnum amittit, Esa. 37. v. 38.

3. A cogitationibus venit ad consultationem & propositum hominum. Si enim diu aliquid agitarunt animo, tandem apud se proponunt & statuunt, quid velint facere. De his Sapiens hic. Et providentiæ siue consultationes nostræ sunt periculosæ, & non satis turæ, nec semper certæ, imo vt plurimum incertæ.

1. Vel enim consilia nostra non sunt salutaria, & non respondent euentus opratus, sed diuersum euenit. Exemplum. Josaphat naues vult instruere ad adferendû aurum ex Ophir, at contractæ sunt in Ezron Gabar. 1. Reg. 21. 2. Par. 20.

2. Vel si maxime consilia non essent infausta, tamen mors anteuertit propositum, Psalm. 146. v. 4. & sic omne consilium disturbatur.

Lo c v s. Quia cogitationes & consultationes hominum, tam fallaces & incertæ sunt, hoc agendum. 1. Ne quid contra Dominum tentemus. Quicquid autem impium est, contra Dominum est. At non valet consilium contra ipsum, Prou. 21. v. 30. Vide Esa. 8. v. 10. Psal. 2. v. 4.

2. Nihil etiam sine Domino consultandum: hoc est, in consulto verbo diuino, & sine precibus. Nihil omnino proponendum, nisi sub hac conditione: Si placuerit Domino. Si voluerit Dominus. Sic Iacobus monet, Qui dicis eras, cap. 4. v. 13.

Et semper rogandus Dominus, vt is det incrementum & benedictionem, 1. Cor 3. v. 7.

Etenim, Sine me nihil potestis, Joh. 15. v. 5.

3. Et quia non sumus idonei cogitare aliquid boni, 2. Corinth. 3. vers. 5. semper rogandus Dominus, vt is det velle bonum, & perficere, Phil. 2. v. 13. etiam in temporibus, Quia non sunt hominis viæ eius, Prouerb. 14. v. 12.

& PRO-

& Prouerb. 20. vers. 24. Hierem. 10. vers. 23. locus egregius.

Homo proponit, Deus disponit, Prou. 16. v. 9. Rogandus ergo, vt sic disponat, ne malum sit consilium consultori. De hoc Psalm. 119. v. 133. & pluribus aliis: Et Psalm. 139. vers. 24.

4. Quod si sic egimus, & tentauimus aliquid, quod non est contra Deum, & tamen non respondet euentus nostro proposito, cogitandum, Deum habere suas causas, quas ipse rectius intelligat, cum impierit propositum. Idque nobis salutare, & c. Exemplum, Dauid volens ædificare templum, prohibetur à Deo, 2. Sam. 7. v. 2. & 5. Contentus itaque est.

II. Pars.

Audiamus etiam causam, quare cogitationes humanæ tam sint fallaces. *Dass wirs gar selten treffen.*

1. Corpus corruptibile (inquit) aggrauat animam. Hoc est, Mortale corpus cum anima coniunctum, & variis affectibus subiectum, sæpe multa consilia suppeditat minus salutaria, aut si salutaria in promptu sint, illa disturbat. Quia affectus sæpius imitantur temperamentum corporis.

2. Addit, hoc terrenum domicilium (corpus intelligit, quod etiam Paulus sic vocat 2. Cor. 5. v. 1.) deprimit sensum in varias partes distractum, seu (vt habet latina versio) multa cogitantem.

Hoc est, Multa obiciuntur homini, dum hanc miseriam, & multis modis afflictam carnem gestat, quæ faciunt, vt homo terrenus sæpe non eligat optima, sed ralia, quorum postea ipsum pudeat atque pœniteat. *Es lauffen einem Menschen / weil er noch in der Hütten woneet / (Die je alle Tag einfallen will) so mancherley Sachen durch einander / dass er offte thut / das er selbs nicht im Sinne hat.*

Locys. I. Videmus, quam graue sit animæ, quod

ergastulo huius corporis inclusa est. Vbi interdum affectus plus satis dominantur, qui bona consilia non admittunt. Regendi itaque illi & moderandi semper, ne plus nocent, quam prosint. Et cauendum, ne anima ultra quam par sit grauetur iis. Ideoque cum omnibus creaturis exortanda illi liberatio, ex hac vanitate atque corruptione, cui subiecta est, Rom. 8. v. 22. & 19. Cupiamus itaque deus solui, Phil. 1. v. 23. vt liberetur anima, & fruatur gaudio.

II. Notanda similitudo, & de tabernaculo terreno, cui comparatur corpus humanum. De qua infra in explicatione dicti, 2. Cor. 5. v. 1.

III. Non insultandum his, qui interdum satis crasse errant in suis consiliis, licet bonum habeant finem propositum. Sunt enim homines, & carnem gestant, quae grauat animam. Ideoque commiseratione potius digni. *Grosse Leute sehen auch.* Psal. 62. v. 10. David fugiens ad Achis Philistinorum Regulum, 1. Sam. 27. Erat enim in faustum consilium.

F I N I S.

T H E M A C V I I.

Sap. 16. v. 12. & 13.

Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, &c.

Tu enim potestatem habes Domine, &c.

D I S P O S I T I O.

Siquae spargeretur per hanc Prouinciam fama constans, de Medico quodam celeberrimo, qui omnibus morbis medicinam facere posset, bone Deus, quantus foret hominum omnis sexus, aetatis, conditionisque ad ipsum concursus. Ecce autem hoc loco Sapiens nos deducit in Verus Testamentum, & non Medicum tantum, sed & Medicinam monstrat salutarem, contra omnes eos morbos, quos nec herba, neque malagma, neque simplex, neque